

primentes, dimitte eos qui contracti sunt liberos, et omne onus dirumpere, » hoc est, ne divites tabulis et scriptis pauperes debitores stnos opprimerent; sed pecunia creditas eis potius condonarent.

Job de  
debito-  
rum re-  
missione  
cavetur.

Habebat autem codicem Job, in quem rationes referebat date mutuo pecunie, et eorum levaret indigentiam; servabat syngraphas et schedulas satisfactionis propria manu debitoris subscriptas; ad constitutum tempus remittebat famulos qui pensum pecunie exigere; debitores domesticis difficultatibus impediti, aut angustia rei familiaris oppressi, pensandi pecuniam non habebant facultatem. Quid faciebat Job? mittebatne exactores, qui iudicis edicto aere alieno constrictos ad solutionem cogere; aut debitores suffocarent instar mali servi, aut traderent custodie et vinculis? minime gentium. Magna animi celsitudine cautiones et chirographa eorum debitoribus et stipulatoribus in minutas partes distrahebat, ut abolita et oblivione obluta manerent debita. « Et si non scindens reddidi, nihil accipiens a debitore. » Mira Jobi benignitas. Sed cur descendit syngraphas, rumpitque cautiones diademate coronatus? Hoc indicant verba Septuaginta, *circumponens coronam legebam*; S. Augustinus legit, *et coronatus publice legebam*; S. Ambrosius lib. *De Tob. cap. xvii. imponens coronam legebam*; Glossa Lyre habet, *tanquam sua victoria vexillum*. Neque minus sane illustre facinus condonare injurias, probra, male dicta, quam debita. Qui aere sui vineula proximo relaxat, quibus tenebatur adstrictus debitoribus suis remittit, et ab obligatione nominum eos absolvit, Dei munificentiam in dimittendis debitis et servendis peccatorum vinculis emulatur: is dignus regis infulis, imperatoris paludamentis, ut rex augustus incedat coronatus.

Ver. 29.  
30 et 40

38-40. SI ADVERSUM ME TERRA MEA CLAMAT, ET CUM IPSA SULCI EJUS DEFLENT: SI FLUCTUS EJUS CONDITI ABSQUE PECUNIA, ET ANIMAM AGRICOLARUM EJUS AFFLIXI: PRO FRUMENTO ORIATUR MIHI TRIBULUS, ET PRO HORDEO SPINA. — Iniquum merito putat vir divinus, si agrorum suorum operari solum nosset laborare, et sub laboribus gemere, et nullam viderent mercedis jucunditatem sudoribus madidi, sicci et arentis solatio; quam iniquitatem sic objicit D. Jacobus divitis mundialis dicens *Epist. 1, 4*: « Ecce merces operariorum qui messorum regiones vestras clamant; et clamor eorum in aures Domini Sabaoth introivit; » et quando merces et solatium negatum operariis non clamat adversus dominos, et cœlum clamoribus implet? Itaque Job quasi dira sibi imprecat, si unquam vel subditorum lacrymas vel sanguinem siliverit, sic subditos vexando exactionibus, ut cogere illos plus solito terram sollicitare et vexare, quo possint servare tributa: ita Auctor *Caten. Græc.*, q. d. « Hæc patiar mala, si causa mea terra a suo domino est aliquando gemit debilitata; aut si sulci ejus ab aratoribus, atque ab his, qui eam sciderunt, flere aliquando coacti sunt: » quippe

Job agri-  
colas non  
opprimet  
hæc labo-  
ribus.

Merces  
operario-  
rum de-  
frandata  
clamat in  
cœlum  
de terra.

merito tot sibi calamitates a Deo indictas putare bonus rex, si quando libuisset de terra vulnere et de subditorum sanguine bibere, eos sic premeudo tributis, ut ingenti labore ægre ac difficultate satisfacere vix possint.

Hic nempe mundialis tyrannorum est mos, qui subditos gravibus exactionibus et laboribus supra quam terre possint onerant, nec ullam eis requiem aut solatium concedunt; boni vero domini est sic labores inter servos partiiri, ut imperfiantur etiam solatia: sic Deus *Gen. iv* mandavit homini labores, sed ex quibus cibus nascatur; minatus est soli sterilitatem, elementorum inclementiam; sed et vestes paravit, ut tanquam a bono domino venirent in servos labores mixti, imo et attemperati solatiis. Id quod pulchre observavit Rupertus lib. *III De Trinit. cap. xxxvii* cum ait: « Habes itaque duo miserie solatia cum labore et indigentia homini propria, victum scilicet et vestitum: victum, ubi paulo ante dixit: *In sudore vultus tui veseris pane tuo*: vestitum, ubi nunc dictum est: *Fecit Dominus Adæ et uxori ejus tunicas pelliceas, et induit eos*. » Pro optimi et celsissimi Domini conditionem! Servituti addicit homines, ingenies illis labores mandat; sed et simul providet illis victus vestitusque solatia, et ut in laboribus immittendis severus, sic bonus in paradisi solatiis appareat: hinc merito David mundialis principum iniquitatem atque duritiam a Deo longissime removebat dicens *Psal. xciii, 20*: « Numquid adheret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto? » plane iniquitas magna est, quod in domini alticuius præceptis tantum videantur labores ac sudores mandati, et nullum ibi appareat solatium. Pulchre ait D. Laurentius Justinianus in *Fasc. amor. cap. vi*:

« Aperte dicit *Psalms*: Neque iniquus neque immitis es, ut laboriosa mandes, et absque delectationis suffragio operarios fatigari sinas: » non potest dominus, qui iniquus non est, qui immitis non est, decernere labores servis absque ullo delectationis suffragio; non potest dominus, qui iniquus non est, sinere fatigari subditos in adimplendis mandatis, et non curare de illorum victus vestitusque solatio. Unde de se et pro se aiebat Job: « Si adversum me terra clamat, et cum ipsa sulci ejus deflent, » etc. et qualis esset ista Jobi iniquitas, quam terra clamaret, quam sulci ejus deflerent? Utiq; hæc esset, si agros suos ita sudoribus et laboribus operarum impleret, ut laborantibus excolentibusque eos solum liceret gemere et lacrymari sub labore, percipere autem aliquod solatium mercedis nunquam liceret. Sic exponit locum hunc Nicetas in *Caten. Græc.*: « Sed neque meos agros ac sulcos, neque terram meam quisquam coluit, qui non esset pretio atque mercede conductus, ne forte eum genuit lacrymisque vexarem, si ipsius operam certam mercede spoliasset. »

Juxta mentem S. Gregorii lib. *XXII Moral. cap. Quia per*

terram et  
sulcos si  
guilic-  
tar.

terram et *XV terra* hoc loco significat terram desertam et squalemtem jejunaque glaream sterilem; et contra vero *sulci feliceam glebam* et subactam terram. Juxta anagogen *terra clamat*, id est imperii vel impii homines; *sulci* vero qui in virtute profecerunt; utriusque ergo coram Deo clamant, scilicet tam impii quam pii adversus prælatos, cum se illorum cura desitutis conspiciunt: nempe impii homines ad pietatem reducerentur, si eorum curam prælatos ageret, et pii in virtute proficerent; unde merito utriusque de prælato conqueruntur. In quem sensum adducit S. Gregorius verba ejusdem Jobi vers. 39: « Si fructus ejus comedi absque pecunia; et animam agricolarum ejus affixi: » fructus terræ absque pecunia comedit ille, qui cum præsit aliis, et ob hanc causam honorem accipiat et annuos redditus, ipse tamen omnino injuncti muneris curam abijcit: oves quidem tondet, non tamen ad pascua reducit, neque lupos aret. « Perfecti namque, » inquit S. Gregorius, cum semper de spiritualibus moventur, tanto sciunt de alienis corporalibus damnis ingemiscere, quanto jam edocti sunt non

dolere de suis. Omnis ergo qui præest, si perversa in subditis exercet, contra hunc *terram clamat*, et *sulci deflent*, quia contra ejus injustitiam rudes quidem populi in murmurationis vocibus erumpunt, sed perfecti quique pro pravo ejus opere se in fletibus affligunt; quodque imperii clamant et dolent, hoc probatoris vite subjecti deflent et tacent, » etc. Idem hom. *17 in Evang.* hunc Jobi locum exponens: « *Terra*, inquit, *contra possessorem suum clamat*, quando contra pastorem suum juste *Ecclesia* murmurat: cujus etiam *sulci deflent*, si corda audientium, quæ a precedentibus sunt patribus predicationis voce et vigore invectionis exarata, vident aliquid quod lugeant de vita pastoris. Cujus videlicet *terra fructus* possessor bonus *sine pecunia* non manducat: quia discretus pastor prærogat talentum verbi, ne ad damnationem suam de *Ecclesia* stipendium sumat alieni: tunc enim de terra nostra cum pecunia fructus comedimus, quando sumentes ecclesiastica subsidia in predicatione laboramus: præcones namque venturi iudicii sumus. » Hæc pie ac sapienter Gregorius.

## CAPUT TRIGESIMUM SECUNDUM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

Trascitur Eliu tam Jobo, quod suam tantopere justitiam prædicasset, quam amicis, quod vi rationis Jobum refellere nequiverissent. Quare ipse præfatus modestè veniam, quod coram senibus adolescens loqui audeat, docet adolescentibus interdum divinitus inspirari sapientiam; cuius rei asserit se accepisse experimentum, itaque longe altis ac validioribus argumentis Jobum convicturum.

1. Omiserunt autem tres viri isti respondere Job, eo quod justus sibi videretur. 2. Et iratus, indignatusque est Eliu filius Barachel Buzites, de cognatione Ram: iratus est autem adversum Job, eo quod justum se esse diceret coram Deo. 3. Porro adversum amicos ejus indignatus est, eo quod non invenissent responsum rationabilem, sed tantummodo condemnasset Job. 4. Igitur Eliu expectavit Job loquentem: eo quod seniores essent qui loquebantur. 5. Cum autem vidisset quod tres respondere non possissent, iratus est vehementer. 6. Respondensque Eliu filius Barachel Buzites, dixit: Junior sum tempore, vos autem antiquiores, ideo dehis prolixior capite, veritus sum vobis indicare meam sententiam. 7. Sperabam enim quod etiam prolixior loqueretur, et annorum multitudo doceret sapientiam. 8. Sed, ut video, spiritus est in hominibus, et inspiratio Omnipotentis dat intelligentiam. 9. Non sunt longævi sapientes, nec senes intelligentiudicium. 10. Ideo dicam: Audite me, ostendam vobis etiam ego meam sapientiam. 11. Expectavi enim sermones vestros, audivi prudentiam vestram, donec discerptemini sermonibus: 12. Et donec putabam vos aliquid dicere, considerabam: sed, ut video, non est qui possit arguere Job, et respondere ex vobis sermonibus ejus. 13. Ne forte dicatis: Invenimus sapientiam, Deus proiecit eum, non homo. 14. Nihil loetus est mihi, et ego non secundum sermones vestros respondebo illi. 15. Extimuerunt, nec responderunt ultra, abstuleruntque a se eloquia. 16. Quoniam igitur expectavi, et non sunt locuti: steterunt, nec ultra responderunt. 17. Respondebo et ego partem meam, et ostendam scientiam meam. 18. Plenus sum enim



sermonibus, et coarctat me spiritus uteri mei. 19. En venter meus quasi mustum absque spiraculo, quod lagunculae novas dirumpit. 20. Loquar, et respirabo paululum: aperiam labia mea, et respondebo. 21. Non accipiam personam viri, et Deum homini non aequabo. 22. Nescio enim quandiu subsistam, et si post modicum tollat me Factor meus.

1. OMISERUNT AUTEM TRES VIRI ISTI RESPONDERE JOB, EO QUOD JUSTUS SIBI VIDERETUR. — Cum longam Jobus et continentem orationem habuisset, quam non minus sex capitibus absolvit: « Finita sunt verba Jobi, » quemadmodum ad calceum cap. super. in latino textu adjungitur; Septuaginta vero inde hujus capituli initium faciunt, cum aiunt, καὶ ἐπιδοῦντο τὸς φίλους ἰσχυρῶν δὲ καὶ ἐὶ τῆς

verunt autem et tres amici ejus ultra contradicere Job: quia scilicet ipsum a sua sententia deducere se posse desperabant; neque quidquam habebant, quo illum urgere possent vehementius. Quod autem pro ratione additur: eo quod justus sibi videretur, ambiguum facit orationem: nam relativum sibi potest ad tres amicos vel ad ipsum Jobum referri. Ad tres viros referendum putarunt nonnulli interpretes latini, ut S. Gregorius, Odo, Tietlmannus, et alii, quasi nimirum hac proluxa Jobi oratione tres amici convicti, praesertim illa officiorum ejus narratione, et quod illos diram imprecationem, si secus esset, adjunxisset, sibi jam persuasissent ipsum esse justum. Quae sententia probatur Graecorum versione, nam Septuaginta id plane ad viros retulerunt vertentes, καὶ τῶν τῶν ἀδικῶν ἐβραίων ἄνθρωποι, erat enim Job justus coram eis. Qua interpretatione bonorum virorum victoria representatur, qui tandem adversarios suos se sanctos esse convincunt, sicut ipsos dicturos Sapientia scribit Sap. v, 4: « Nos insensati vitam illorum aestimabamus insaniam, et finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, et inter sanctos sors illorum est, » de Christo etiam scribitur Apoc. i, 7: « Ecce venit in nubibus, et videbit eum omnis oculus, et qui eum pupugunt. » Verumtamen illud relativum sibi non ad tres viros, sed ad ipsum Jobum referendum esse probatur ex eo, quod ita purior sit latina locutio; tum quod in Hebraeo et Chaldaeo plane ipsum refertur Jobum: ut enim relativum singulare tertiae personae in Hebraeo quidem ven, in Chaldaeo vero iud. A. v. quod aptius sit ipsi textui, ut relativum sibi Jobum ipsum, non ejus amicos refert: nam i. s. minime visus est justus, quousque a Deo cuncti sunt, et iussi ab ipso Jobo veniam impetrare, quod ipse Deum pro illis precaretur, ut in fine. b. h. narrat. Significat ergo tres viros omisisse respondere Jobo, « eo quod justus sibi videretur, » hoc est, ipse non commoverit, in quo tota inter eos disputatio versata erat; omiserunt igitur ipsi loqui, quia quid amplius dicendum non habebant ad sententiam suam probandam: ita Stunica, Pineda, Sanctius, et alii pas-

sim. Quae explanatio valde convenit cum eo quod sequitur: 2. ET IRATUS INDIGNATUSQUE EST ELIU FILIUS BARACHEL BUZITES, DE COGNATIONE RAM: IRATUS EST AUTEM ADVERSUS JOB, EO QUOD JUSTUM SE ESSE DICERET CORAM DEO. — Hic Eliu fuit ex progenie Buz filii Nachor, fratris Abraham, de quo agitur Gen. xxii, 21, de cognatione Ram; Septuaginta addunt τῆς Ἀραβίδος γῆρας, Arabididis regionis, in qua eadem erit terra Hus patria Jobi, ut vidimus cap. i, 1; Chaldaeus veriti de cognatione Abraham; alii appellatam vertunt de cognatione illustri: nam Ram illustrem significat. Recte et vere omnes. Sed falso Hebraei putant hunc Eliu Balaam fuisse, qui tempore Moysis maledixit Israelitis: nam Eliu cum Jobo longe antiquiores sunt Moyses, uti Tirinus in Chron. alique ostendunt. Plura hic de Eliu quari solent curiosis quam utilius: nobis sat fuerit, nosse mores hominis, quos ipse dum loqueretur expressit. Fortasse cum esset hussita, sive ex ansitide regione, ut Septuaginta interpretes habent, et trium regum adventum intellexisset, quorum tamen neque socius neque comes fuit, sponte sua accurrat juvenis, ingenio aeger ac vehementis, si quid novi esset exploraturus; ceptaque disputatio one captus exitum exspectavit, donec ipse in re gravissima sententiam diceret. Vir sane illustris fuisse videtur, qui inter viros tantos non incongrue loqui posset. Quod et nominis paterni Barachel et cognationis Ram mentio indicant, quae hic tanquam celebra scribuntur; licet incertum sit quis Barachel. Quis Ram fuerit. Eliu vero urbanitas ex hoc ipso patet initio, quod neque Jobum neque tres concenteratos interpellaverit. Sed impetum represserit, donec pro aetatis ratione suam sententiam subtexeret: pietas vero posthac spectabitur, Deo liem dirimente; verosimile tamen est eum in eodem cum tribus amicis Jobi errore versatum, existimasse Jobum ob anteacta vite scelera multari: id quod non obscure ipsius adversum Jobum ira et indignatio manifestant: eo quod justum se esse diceret coram Deo, id est non habere talia aut tanta ulla peccata, quae potuissent ita Deus in eo punire tam gravi plaga. Haec enim verba severius expendens, et aia intentione accipiens quam a Jobo fuerant prolata, verba et limpa reputabat: neque sat valde eae videbantur excusationes, quibus haec tenus coram tribus amicis se expurgaverat, ut solent juvenes esse senioribus magis ferventes ad contentione, tardiusque placari utcessent a contentione, propter fervorem sanguinis juvenilis. Tropologiam hujus versus vide apud S. Gregorium lib. xxii Moral.

3. PORRO ADVERSUM AMICOS EJUS INDIGNATUS EST, EO QUOD NON INVENISSENT RESPONSIONEM RATIONABILEM, SED TANTUMMODO CONDENNASSENT JOB. — Contra tres, inquit, amicos istos, qui haec tenus Jobum oppugnaverant, non minus exardescere ab ira incundia, propterea quod non adinvenissent neque adduxissent contra Jobum responsonem suo iudicio rationabilem aut urgentem, id est argumenta satis valida et efficacia ad confutandum illum et occulendum illi os vi argumentorum; sed tantum visi essent ipsum Jobum calumniari et condemnare absque sufficienti ratione, simpliciter asserendo ipsum impium esse, et propter peccata sua puniri, sed non satis probando vel ipsum redarguendo. Non est autem hoc virorum sapientium sine idonea ratione quemquam condemnare, cum hoc non aliud sit quam calumniari; ex quo clarum fieri videtur illud relativum sibi, de quo vers. 4 diximus, ad amicos non referri: non enim, si justus eis visus fuisset, hic diceretur quod eum condemnasset. Verumtamen non debebat Eliu hac de causa indignari, cum admodum difficile sit veritatem eloquenter et ingeniosius defensam confutare, prudentiusque sit tacere quam et verbis repugnare: nam tandem contradicentis apparebit stultitia; unde merito S. Gregorius lib. xxiii Moral. cap. iii, notat per Eliu speciem amatorum vanae gloriae designari: « Jobum quippe de presumpta justitia, amicos vero ejus de stulta responsonie redarguit: cuncti enim vanae gloriae sectatores dum se omnibus praeferrunt, alios quidem de fatuis sensibus, alios autem de indignis meritis reprehendunt, id est alios censent nihil scire, alios non bene vivere, » etc.

4. Igitur Eliu expectavit Job loquentem: eo quod seniores essent qui loquebantur. — Cum igitur Eliu ab initio interfuisset disputationi, audivisset omnia ulro citroque dicta tum ab ipso Jobo tum ab amicis ipsum impugnantibus; tamen quamdiu Jobus ipse cum amicis loquebatur penitus tacuit, illis, utpote senioribus, morem gerens, nec verbum ullum interponens; unde satis elucet vel hominis vel aetatis illius disciplina. Cum enim junioribus, juxta monitum Ecclesiastici cap. xxxii, 10, vix in conspectu senum loqui liceat cum decore, nisi forte interrogentur, ut quam brevissime respondeant; nullo minus absque decore eis licebit majorum sermonem importuna loquacitate interrompere ibid. vers. 13: « In medio magnatorum, inquit Sapiens, non praesumas. » Quae monitio, ut bene notant Cornelius et Bonartius, pertinet ad juniores insitinentes, q. d. Vide adolescentem se presentibus viris principibus aliquid dicere, vel facias, vel praesumas, quo tempore illis exaqueat (hoc enim Septuaginta dicunt ἐξαισῶ) volens sapientiam tuam ostentare, et ante canos sapere; vix ea libertate loquaris inter seniores qua illi, qui auctoritatem dicendi longo sibi usu vel aetate compararunt: hoc enim signum est arrogantiae, audaciae et impudentiae, quo of-

Quis fuerit Eliu, ejus uti Proposio et patita.

Eliu typus vanae gloriae: Eliu urbanitas.

Car Job indignatus est.

Senioribus coram principibus et senioribus loquentem.

fensi magnates, et indignantes, quod te illic comparare velis, cum sis inferior, in te insurgenti, loque verbis et factis quod poterunt deprimit; ut qui volueras esse aequalis summis, fias par imo inferior infimis. Eandem ob causam ibid., et ubi sunt senes non multum loquaris, » quia per hoc videris te eis aequare, eorumque gravitate, auctoritatem et prudentiam tibi arrogare: quare illos offendens, ipsique tuam arrogantiam carpent et obtundent. Huic affine est S. Bonaventurae monitum: « Inter multos ne multum loquaris, » tum ut multitudinem reverearis, tum ut vites confusionem, tumultum, contradictionem et reprehensionem cujuslibet et multis. Hinc omnium gentium ritu juvenis honorat senes, eisque defert honorem sedendi et loquendi; unde Macrobius lib. iii Saturn.: « Senectus nobis, inquit, si sapiamus, adoranda est; et Valerius Maximus lib. ii, cap. i, scribit juvenes olim ita honorasse majores natu ac si ipsi communes omnium forent parentes; quam autem Essen honorarint senes vide apud Philonem lib. De Essen; quantum Aegyptii, vide apud Herodotum in Euterp.: plura de honorandis senibus vide apud Ciceroem lib. i Offic., Platonem De Leg. Aristotelem lib. ix Ethic. dial. 9, cap. ii. Hoc igitur et sequentibus verbis gloriarum Eliu se tamen majoribus, ubi decebat, morem gessisse; sed tamen contra illos graviter postea peccavit, ut mox videbimus, multa fultiter eructans, seniores arguens, Jobum reprehendens, et plenis buccis sapientiam suam crepans: unde subditur: 5-7. CUM AUTEM VIDISSET QUOD TRES RESPONDERENT, NON POTUISSENT, IRATUS EST VEHEMENTER. RESPONDENSQUE ELIU FILIUS BARACHEL BUZITES DIXIT: JUNIOR SUM TEMPORE, VOS AUTEM ANTIQVIORIS, ID CIRCA DEMISSO CAPITE VERITUS SUM VOBIS INDICARE MEAM SENTENTIAM. SPERABAM ENIM QUOD ETAS PROLIXIOR LOQUERETUR, ET ANNORUM MULTITUDO DOGERET SAPIENTIAM. — Haec tenus quidem pro ratione aetatis suae siluerat Eliu, donec seniorum aliquis ut Job loqueretur; verum posteaquam conspiceret neminem ex tribus illis qui adversus Jobum contenderant ultra respondere, sed cadere ipsi Jobo, et prorsus praebere silentium; hinc videlicet juvenilis in eo sanguinis ardor effervit, et iracundia magna permotus, quasi ex zelo quoddam tuende veritatis, quam ipse periclitari et succumbere existimabat ex silentio trium amicorum, si Job non confutaretur, quem existimabat male locutum contra Deum, ac proinde confutatione dignum. Ipse igitur alii omnibus silentibus, tempus opportunum loquendi nactum se existimans; primum quidem adversus tres amicos pauca, deinde adversum ipsum Jobum multa loqui coepit, eaque magna satis vehementia, permixta ampla, et, ut videtur, pomposa satis praefatione rhetorica juvenilem quandam caliditatem et ostentationem redolente; quae etiam nimis juvenilitatis et mordacium quam ipsius etatis videatur convenire, seniores ipse junior non solum arguit, verum etiam irridet: et

Inter multos non multum loquaris. Omnes gentes senectuti honorem sedendi et loquendi detulerunt.

Inter multos non multum loquaris. Inter multos non multum loquaris.



subsannat, ut palam imperitos, elocutus nempae suam sententiam, in hunc modum praefari coepit: Ego quidem Eliu, quod ad aetatem attinet annorum, agnosco et fateor me omnibus vobis juniorem, et vos ut tempore aetateque seniores plurimum veneror: ac propterea meae juvenilitas ac vestrae senectutis intuitu haecenus ego vobis loquentibus ac verbis proluxe disceptantibus silii, capite demisso in terram cum humilitate et attentione eorum quae a vobis dicebantur. Et praereverentia aetatis vestrae et verecundia juvenilitatis meae huc usque vobis meam proponere sententiam erubui: existimabam enim vos, utpote seniores allatos sufficientia et efficacia ad rem propositam argumenta, quibus vestram sententiam stabiliretis ac veram sapientiam edoceretis, qua spe lactatus et adductus haecenus audire vos malui, et humiliter attentaque audiendo discere, quam superbe et intempestive loquendo doctoris officium, quod aetati meae minus convenit, usurpare.

8 et 9. SED, UT VIDEO, SPIRITUS EST IN HOMINIBUS, ET INSPIRATIO OMNIPOTENTIS DAT INTELLIGENTIAM. NON SUNT LONGAEVI SAPIENTES, NEC SENES INTELLIGENT JUVENES.

Verumtamen, inquit, hoc ego experiri nunc verum esse, quod frequenter alias quoque mecum cogitavi; nimirum ipsum esse in hominibus Dei spiritum, qui veram docet homines sapientiam, et Dei inspirationem dare hominibus veram et salutare intelligentiam; ideoque sapientiam et intelligentiam donum esse omnipotentis Dei, qui per Spiritum suum Sanctum quibus vult, et quando vult, et quantum vult, ea impertitur tam juvenibus quam senibus non habito aetatis aut personae respectu. Non enim vera ista sapientia sic aetati aut annorum numerositati alligata est, ut oporteat eos omnes qui annos multos vite transactae numerare possunt sapientes haberi; aut eos omnes qui dierum multitudinem senes vel cani videntur praedentes ob hoc existimari, et verum aequitatis iudicium intelligere. Neque iterum sic est alligata sapientia annis, ut oporteat omnes eos qui sapientia praediti sunt annos plurimos numerare, aut capillorum canitatem ostentare: e contra enim experimur, multos aetate stulti senes et capillorum canitie perfosos, qui tamen stulti sunt et pueri moribus: quales sunt pueri centum annorum maledicti a Domino, de quibus Isaias ait cap. LV, 20: « Quoniam puer centum annorum morietur, et peccator centum annorum maledictus erit. » Iterum alios videmus aetate quidem juvenes, sed iudicio maturos et moribus senes, qui Sap. IV, 13, « consummati in brevi experient tempora multa. » Unde clare patet, scientiam et rerum prudentiam non tam ex multis annis quam ex Dei beneficio ponderandam esse, ut is prudenter habeatur, non qui plures annos habeat, sed qui majorem Deum prudentiam praestiterit. Quae verissima sententia est: « nam omnis sapientia a Domino Deo est, » ut ait Ecclesi-

sticus cap. I, 1; et ita saepe factum est, ut multi juvenes singulari sapientia Dei beneficio excelluerint, ut Joseph, David, Jeremias, Daniel, Joannes Baptista, Joannes Evangelista, et multi alii. Certum David divini Spiritus instinctu pro testimonio dicit Psalm. CXVIII, 100: Super senes intellexi, quia mandata tua quaesivi; et Sapientia cap. IV, 8: « Senectus, inquit, venerabilis est, non diuturna neque annorum numero computata. Cui autem sunt sensus hominis, et aetas senectutis vita immaculata. »

Hanc ob causam saepe a Deo juvenes magno pretio aestimantur, senes vero pro nihilo habentur: quia hi morum levitate reperescunt; illi virtutum maturitate consensescunt, id quod D. Ignatius epist. 6 ad Magn. pluribus exemplis demonstrat; e quibus probat, non tam adolescentiam quam prudentiam spectandam: « Nec enim, inquit, annosi sapientes continuo sunt, nec senes intelligentiam possident; sed spiritus qui in hominibus est. Daniel enim ille sapiens, cum duodecim esset annorum spiritu Dei afflatus erat; et senes frustra canos ferentes, calumniatores et alienae formae appetentes esse coarguit; Samuel autem puer parvulus teli nonagenarium reprehendit, quod suos filios plusquam Deum honoraret. » Et post alia exempla Jeremias, Salomonis et Josiae, qui admodum juvenes res preclaras ediderunt, concludit: « Adolescentia igitur non est contemnenda, quoties Deus dedita consecravit fuerit; verum is contemnendus est qui pravo est animo, tametsi matorem dierum tempore plenus sit. » Hinc est illa frequens sacrarum litterarum consuetudo, ut seniores propter morum intemperantiam pueri dicantur; juniores propter virtutum excellentiam senes appellentur, quasi nulla annorum, sed morum ratio habeatur. Quod recte observavit Philo Hebraeus lib. de his verbis: Resipuit Noe, ubi hoc pluribus ostendit: « Ille certe, inquit, mos est legislatoris, ut et provecctos aetate appellet juvenes, et eos qui nondum senuerunt seniores, non respiciens annorum numerum, aut tempus breve longumve, sed potentias anime, quae movetur melius aut deterius. » Id quod pluribus exemplis illustrat: nam in primis juniorum nomina tribui senioribus, si malis moribus imbuantur, probat primo exemplo Cham, qui inter filios Noe dicitur minor non aetate, sed levitate: « Juniore, inquit, filium dicens non gelatus nomen scribit, sed qualibus moribus praediti sint rerum novarum amatores indicat, » etc. Contra vero eos, qui virtutibus procedunt, quamvis annis adhuc reptent, seniores appellari non paucioribus neque obscurioribus exemplis ibi. Philo demonstrat: « Jam ostendimus, inquit, non aetate, sed honore praestantes nominari seniores; » et in primis ab illis duobus conjugibus S. Patriarchis, Abraham et Sara, exorditur, qui omnium primi in Scriptura senes appellantur. « Erant, inquit textus Gen. XVIII, 41, ambo senes provecct-

que aetatis, » non quod aetate, sed quod sanctitate alios praecesserint. Et rursus de Abraham dicitur Genes. XXII, 4: « Erat autem Abraham senex dierumque multorum; et Dominus in cunctis benedixerat ei; » ad quem locum alludens Philo: « Quis ignorat, inquit, quod ille sapientissimus Abraham brevioris aevi quam ullus pene omnium majorum suorum inducitur? illorum tamen, qui diutissime vixerunt, nemo quod sciam, sed solus hic scribitur senior. Dicunt igitur sacra oracula, quod Abraham erat senior aetatis provecctus; et Dominus benedixit Abraham rebusque ipsius omnibus. Quod mihi videtur subnectum tanquam causam praecedentium, cur senior dicitur ille sapiens: cum enim a benigno Deo bene afflicto animae pars rationalis, nec unam modo, sed omnes benedictionis species accipit, similiter sapit, atque ita fit senior. » Itaque Abraham et Sara cum multis antiquis Patriarchis aetate fuerint juniores, omnium tamen primi senes appellantur, ut matura illis fuerit non tam aetatis quam sanctitatis, neque tam annorum quam benefactorum senectus ostenderetur. Ea de causa D. Paulus Act. XVII, 4 et Rom. XVI, 21, elegit Timotheum, quamvis multumtunc esset etiam in ipsa Ecclesia senes: quando enim Philipp. II, 20 et I Thess. II, 2, vidit virum illum eximium (ut qui non solum ab hominibus, sed etiam a Spiritu Sancto testimonium haberet) illum senioribus pretulit I Timoth. I, 18. Eam rationem modo sequitur Eliu, qui auditis senioribus dicit se cognoscere Spiritum Dei esse qui inest in hominibus, q. d. Verum est nos, re non satis cognita et explorata, non debere iudicare senes delirare, aut ipsis non esse loco cedendum; sed potius hunc honorem illi aetati deferre debemus, ut dicamus: Vir qui multa vidit poterit nos docere; sed si animadvertamus ipsum non fungi munere suo, aut tempus quod vixit in mundo perdidisse, tunc si Spiritus Dei sit in juvene aliquo proferat se oportet, et in ordinem naturae dominetur, ut intelligamus, quia « inspiratio Omnipotentis dat intelligentiam, » que donum est speciale, quod Deus privilegio quodam concedit, quando vult aliquem alius intelligentiorem esse. Sed Eliu nimis temere et arroganter sibi praeceteris excellens illud donum divini Spiritus munere concessum esse jactitans, docendi partes sibi sumens subdit:

10. IDEO DICAM: AUDITE ME, OSTENDAM VOBIS ETIAM EGO MEAM SAPIENTIAM.— Cum igitur, inquit, videam neque in senibus ubique esse sapientiam, neque ubique in adolescentibus ignorantiam (homo enim etiam in juventute sapientiae est ac disciplinae capax, quam Deus hominibus inspirat) non est quod vos senes soli de sapientia quasi de propria possessione gloriemini. Quapropter nunc etiam audite sapientiam mihi adhuc in juvenili aetate communicatam: non enim mihi videmini satis pro dignitate vestrae aetatis locuti, a quibus

Juvenes boni profuerant senibus.

Auctoritas non comparatur aetati sed moribus.

Senes propter intemperantiam pueri dicuntur.

Virtus in pueris conciliat auctoritatem senilibus.

longe majorem expectaveram sapientiam: quare confidens me non minima nec minus digna prolaturum, jure postulo, ut me novissimo loco loquentem patienter audiat: ostendam enim quomodo aut quantum sit in me sapientia, ut comparatione mutua possit elucere cui debeat victoria. Verum arrogancia illa, qua juvenis grandia cogitat, docereque constituit, minime probanda est; quamvis alioquin, si prudentia scientiaeque proluxa aetate parata, cum disciplina Spiritus Sancti comparetur, exploratum sit assertionem Eliu esse plane verissimam; sed laus illa propria, qua sibi celestem instructionem tribuit, non bene olet. Quatuor quippe sunt species, ut bene notat S. Gregorius lib. XXIII Moral. cap. IV, quibus omnium tumor arrogandi demonstratur, aut cum bonum a semetipsis habere se estimant, quibus contra dicitur I Corinth. IV, 7: « Quid habes quod non accepisti? » etc. Aut si sibi datum desperant credunt, pro suis se hoc accepisse meritis putant, contra quos Paulus dicit Ephes. II, 8: « Gratia estis salvati per fidem, et hoc non ex vobis: Dei enim donum est: non ex operibus, ut ne quis gloriatur. » Aut certe cum jactant se habere quod non habent, sicut angelo Laodiceo dicitur Apoc. III, 17: « Quia dicitis: Quod dives sum et locupletatus, et nullus ego: nescis quia tu es miser, et miserabilis, et pauper, caecus, et nudus. » Aut despicit ceteris singulariter videri appetent habere quod habent, sicut phariseus ait Luc. XVII, 41: « Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri homines. » Eliu ergo quamvis dari a Domino sapientiam confutur, in hac tamen elationis specie labitur, ut sapienterem se ceteris gaudeat. Vide haec fusius apud S. Gregorium jam citatum.

11 et 12. EXPECTAVI ENIM SERMONES VESTROS, AUDIVI PRUDENTIAM VESTRAM, DONEC DISCEPTAREM IN SERMONIBUS: ET DONEC PUTABAM VOS ALIQUID DICERE CONSIDERABAM; SED, UT VIDEO, NON EST QUI POSSIT ARGUERE JOB, ET RESPONDERE EX VOBIS SERMONIBUS EIUS.— Jure quidem, inquit, vos mihi saltem nunc loquendi locum concedere aurenque accommodare debebitis, quandoquidem ego haecenus vos proluxe disputantes patienter audiivi; neque sermones vestros interrupi: non enim quia junior sum idecirco mihi perpetuo silendum est; in hoc autem sati fecisse me arbitror officio meo, quod vobis haecenus detulerim, prioremque in loquendo locum concesserim. Verum post verba vestra patienter audita et diligenti consideratione perpensa, video neminem et vobis tribus idecirco esse ad Jobum tam male de Deo loquentem et sententiam redarguentem, quique verbis ejus impiis satis fortiter valeat contradicere, manifestis rationibus ea tam evidenter refellendo et evertendo, ut os ipsi occuldat, et ad metam silentii redigatur: tametsi enim nulla dixeritis, nequam tamen satis valida videntur aut praegnantia, cum Job aequae adhuc in sua sententia persistere

10. IDEO DICAM: AUDITE ME, OSTENDAM VOBIS ETIAM EGO MEAM SAPIENTIAM.— Cum igitur, inquit, videam neque in senibus ubique esse sapientiam, neque ubique in adolescentibus ignorantiam (homo enim etiam in juventute sapientiae est ac disciplinae capax, quam Deus hominibus inspirat) non est quod vos senes soli de sapientia quasi de propria possessione gloriemini. Quapropter nunc etiam audite sapientiam mihi adhuc in juvenili aetate communicatam: non enim mihi videmini satis pro dignitate vestrae aetatis locuti, a quibus

que aetatis, » non quod aetate, sed quod sanctitate alios praecesserint. Et rursus de Abraham dicitur Genes. XXII, 4: « Erat autem Abraham senex dierumque multorum; et Dominus in cunctis benedixerat ei; » ad quem locum alludens Philo: « Quis ignorat, inquit, quod ille sapientissimus Abraham brevioris aevi quam ullus pene omnium majorum suorum inducitur? illorum tamen, qui diutissime vixerunt, nemo quod sciam, sed solus hic scribitur senior. Dicunt igitur sacra oracula, quod Abraham erat senior aetatis provecctus; et Dominus benedixit Abraham rebusque ipsius omnibus. Quod mihi videtur subnectum tanquam causam praecedentium, cur senior dicitur ille sapiens: cum enim a benigno Deo bene afflicto animae pars rationalis, nec unam modo, sed omnes benedictionis species accipit, similiter sapit, atque ita fit senior. » Itaque Abraham et Sara cum multis antiquis Patriarchis aetate fuerint juniores, omnium tamen primi senes appellantur, ut matura illis fuerit non tam aetatis quam sanctitatis, neque tam annorum quam benefactorum senectus ostenderetur. Ea de causa D. Paulus Act. XVII, 4 et Rom. XVI, 21, elegit Timotheum, quamvis multumtunc esset etiam in ipsa Ecclesia senes: quando enim Philipp. II, 20 et I Thess. II, 2, vidit virum illum eximium (ut qui non solum ab hominibus, sed etiam a Spiritu Sancto testimonium haberet) illum senioribus pretulit I Timoth. I, 18. Eam rationem modo sequitur Eliu, qui auditis senioribus dicit se cognoscere Spiritum Dei esse qui inest in hominibus, q. d. Verum est nos, re non satis cognita et explorata, non debere iudicare senes delirare, aut ipsis non esse loco cedendum; sed potius hunc honorem illi aetati deferre debemus, ut dicamus: Vir qui multa vidit poterit nos docere; sed si animadvertamus ipsum non fungi munere suo, aut tempus quod vixit in mundo perdidisse, tunc si Spiritus Dei sit in juvene aliquo proferat se oportet, et in ordinem naturae dominetur, ut intelligamus, quia « inspiratio Omnipotentis dat intelligentiam, » que donum est speciale, quod Deus privilegio quodam concedit, quando vult aliquem alius intelligentiorem esse. Sed Eliu nimis temere et arroganter sibi praeceteris excellens illud donum divini Spiritus munere concessum esse jactitans, docendi partes sibi sumens subdit:

10. IDEO DICAM: AUDITE ME, OSTENDAM VOBIS ETIAM EGO MEAM SAPIENTIAM.— Cum igitur, inquit, videam neque in senibus ubique esse sapientiam, neque ubique in adolescentibus ignorantiam (homo enim etiam in juventute sapientiae est ac disciplinae capax, quam Deus hominibus inspirat) non est quod vos senes soli de sapientia quasi de propria possessione gloriemini. Quapropter nunc etiam audite sapientiam mihi adhuc in juvenili aetate communicatam: non enim mihi videmini satis pro dignitate vestrae aetatis locuti, a quibus

Sei ipsius insipida est jactantia.

Quotum species arrogantiam.

11 et 12. EXPECTAVI ENIM SERMONES VESTROS, AUDIVI PRUDENTIAM VESTRAM, DONEC DISCEPTAREM IN SERMONIBUS: ET DONEC PUTABAM VOS ALIQUID DICERE CONSIDERABAM; SED, UT VIDEO, NON EST QUI POSSIT ARGUERE JOB, ET RESPONDERE EX VOBIS SERMONIBUS EIUS.—

Eliu enim etiam aetate juvenis loquendi locum concedere debebitis, quandoquidem ego haecenus vos proluxe disputantes patienter audiivi; neque sermones vestros interrupi: non enim quia junior sum idecirco mihi perpetuo silendum est; in hoc autem sati fecisse me arbitror officio meo, quod vobis haecenus detulerim, prioremque in loquendo locum concesserim.

audientem Jobi responsiones extenuat.



videatur, et vos illi palmam silentes concedatis.  
 13. NE FORTE DICATIS : INVENIMUS SAPIENTIAM :  
 DEUS PROIECIT EUM, NON HOMO. — Septuaginta vertunt, *ita ut sciret, et quoniam sciret* *καὶ ἔπειτα ἀνέδραμον ἐπιτρέψατο λαλοῦσα τοῖς ἰσραηλῖταις, ut ne dicatis : Invenimus sapientiam Domino adjecti : homini autem permisistis loqui talia verba; S. Chrysostomus, neque dicatis : Hoc ipsum sapienter fecimus, quod ad nos partem nos applicavimus, ejusque justitiam defendimus : nisi homines enim peccatis, quando Job redargueret non potestis; S. Augustinus hoc aut propinquo huic loco hæc videtur legisse, que non longe absint ab Hebræo, Deus objicit eum, et non vir; et sermonibus vestris non respondebo ei. Ubi ostendit Eliu suos sermones non similes fore aliorum sermonibus, sed longe alia ratione cum Jobo agendum quam alii egerint : quoniam enim rationem illi secuti sunt? Affligeris, inquit, manu Dei, nec sine causa; concludendum est igitur te improbum esse : adeo magna et enormis est afflictio tua, ut ex omnibus hominibus nemo sicut tu vexatus et afflictus sit; unde sequitur te omnes iniquitate superare. Enfundamentum quod superperunt amici Job cum ipsum redargueret voluerunt. Eliu autem proficetur se non ea ratione cum Jobo acturum, q. d. In hoc rei cardinem verti putas, nempe Deum, cum Jobum sic premat, sic affligat, et aspere tractet, ipsi infensum et inimicum esse : existimatis, inquam, fundamentum illud adeo bonum et validum esse, ut nihil supra; inane tamen est et nullius momenti, quemadmodum jam sæpius declaratum est non sequi, aliquid improbum esse, eo duntaxat quod a Deo affligatur. Nam licet Deus transgressoribus leges sit interminatus se ipsos cum in personis propriis tum in bonis ac liberis puniatur; non tamen hoc fine, sed alia de causa Jobum persequatur, ut in superioribus luculenter ostensum est. Quod si ergo Deus minetur transgressoribus legis, id non impedit, quo minus eam sibi libertatem retineat, ut cum volet fidelium petitionem exerceat; et quamvis non proponat sibi ab ipsis commissa peccata vindicare, severum tamen et asperum se erga illos exhibere possit, ut ipsos humiliet; que vel sola ratio debet sufficere : præterea Deus vult servos suos aliis exemplo esse. Huc accedit, quod opus sit ipsorum affectus carnales edomare et mortificare; unde fit interdum, ut illi severius quam vel improbi ipsi tractentur; an propterea illi improbi habendi sunt? minime. En igitur argumentum inane, quamvis amici Jobi eo mixti fuerint, et sapientiam se invenisse putaverint, valde tamen puerile et frivolum fuit.*

Quare hic retinendum id quod jam superius attingimus, ut nimirum, cum Deus homines affliget, prudentes simus, nec temere judicemus eum qui flagellis Dei casus sit condemnandum esse, et ex afflictionibus melianda esse peccata : nam si quis ea de re regulam aliquam generalem velit constitare, is temere et præcipitanter egerit; cum

constet Deum varias habere causas cur homines affligat. Verum quidem est, iudicium illius ordinarium ejusmodi esse ut peccata puniat; vult tamen etiam studium honorum, et eorum qui ipsum colerunt, interdumque suum omne ad mandatorum ejus obsequium contulerunt, obedientiam atque patientiam hoc modo probare; unde nonnunquam accidit, ut illi graviore improbis suscitant persecutiones. Cum itaque Deus sibi hanc causam interdum proponat, suspensus nos tenere debemus cum aliquis affligitur; nec propterea eos, qui asperius tractantur, aliis sceleriores esse iudicabimus. Cæterum sunt nonnulli qui locum huic ita exponunt, quasi tres isti amici dixerint, sapienter se et data opera sibi esse, et Jobum amplius urgere noluisse, quod a Deo satis superque vexatus, et de gradu suo dejectus esset, ita ut ipsa ejus miseria plus quam abunde ipsius reprimat arrogantiam. Sed melius et congruentius est sic exponere, quasi dicat Eliu : Ne forte dicatis otiosam fore proorsus et vanam meam disputationem, cum vos quod esset acutissimum telum in obstinatum virum coniecisset, cum dixeritis percussum esse Jobum a Deo, non ab homine; quo existimabitis aperte concludi peccatorem esse Jobum, quem Deus tam gravi ac fædo vulnere perussit; atque ideo sapientem vos vulnerationem invenisse, cur plura de hac re verba non faciatis. Nam cum ejus miseria conflata fuerit a Deo, qui errare non potest, non debemus decreta et iudicia Dei accuratius discutere, ne parum reverenter ea tractare videamur. Quæ explicatio est Strmicæ et Sancti nostri; atque aptius cum eo congruit quod sequitur.

14. NIHIL LOCUTUS EST MIHI, ET EGO NON SECUNDEM SERMONES VESTROS RESPONDEBO ILLI. — Eliu, inquit Sanctus noster, hic grandia pollicetur, eo peccans vitio, quo acres disputatores, atato presentium juniores, solent, quos experientia defectus facit audaces : recipit ergo se meliora et firmiora ad rem attinentia prolaturum argumenta, quæ a tribus aliis amicis fuerant prætermissa, quibus Jobi præfractum debilitet et eo deducat indecile ingenium, ut tandem convictus fateatur quod antea negaverat; ideo autem indicat se novis ad oppugnandum Jobum rationibus tibi velle quia cum nunquam ad illum usque rerum articulum cum Jobo certavisset, aut cum eo de argumento simili esset colloctus, non erat cur ad seniorum rationes et disputandi formam agendi genes attemperaret, cum neque ipse quidquam obijcisset, neque ad ipsum redditum a Jobo responsum foret : quare integrum ipsi relinquebatur argumentum et agendi modus. Quomodo autem hæc promissa servaverit, ex sequentibus constat : ubi in eodem errore incidit, quem in amicis reprehendit.

15-17. EXTINUERUNT, NEC RESPONDERUNT ULTRA : ABSTULERUNTQUE A SE LOQUA. (Hæc Eliu verba per apostrophen ad aliquos, qui aderant, vel quos

vel multitudine aliorum.

Obstantur quædam Eliu fundamento nituntur arguuntur trimum amicum Jobi.

Quæ Deus amicos interdum hic affligat.

Ex afflictione temporali non potest fieri iudicium debeatate

adesse oratorio more fingeat, diriguntur, et expandenda committuntur; seniores autem post hæc etiam increpationem et insultationem Eliu extimuerunt rursus ad stadium redire, et inchoatos cum Jobo consere sermones; cumque illos adhuc silere videret Eliu subdit) QUONIAM IGITUR EXPECTAVI, ET NON SUNT LOCUTI : STETERUNT, NEC ULTRA RESPONDERUNT : RESPONDEBO ET EGO PARTEM NEAM, ET OSTENDAM SCIENTIAM MEAM. — Eliu tanquam morosus proemii textor eadem repetit quæ modo protulit, et quid ipse valeat, se experiri velle sæpe decernit : novellorum nempe militum brachia tollentium et vires suas venditantium hic mos est. Hæc verba satis indicant superiora etiam fuisse Eliu, quando parum a prioribus differunt. At igitur se expectasse secundo ut loquerentur seniores, et illos sibi, ut videri poterant, æternum indixisse silentium : quare sibi relictas videt esse partes respondendi, et si quid hæc sapientia, quidquid illud sit, coram ostendat. « Hanc enim partem suam, inquit S. Gregorius lib. XIII Moral. cap. IV, omnis arrogans æstimat, si scientiam non tam habeat quam ostendat, quia nimirum omnes elati scientiam habere non appetunt, sed ostendere. Quo contra bene per Moysen dicitur Num. XIX, 15 : Vas quod non habuerit operculum et ligaturam immundum erit. Tegmen quippe operculi vel ligaturæ est censura discipline silentii, qua quisquis non premitur, quasi vas immundum pollutumque reprobatum. An non vas sine operculo Eliu fuerat, qui hæc esse partem suam æstimaverat, si ostenderet scientiam quam habebat? quasi enim vas sine operculo vel ligatura polluitur, qui per studium ostentationis patens nullo velamine taciturnitatis operitur, » etc.

18 et 19. PLENUS SUM ENIM SERMONIBUS, ET COARCTAT ME SPIRITUS UTERI MEI. EN VENTER DEUS QUASI MUSTEM ADSQUE SPIRACULO, QUOD LAGUNCULAS NOVAS DISRUMPIT. — Eleganter hominem loquendi cupidissimum scientiaque turgentem Eliu representat; ait igitur plenum se esse sermonibus, aut quia in memoria tenebat omnia, quæ in longa disputatione dicta fuerant a Jobo et tribus senioribus, aut quæ ipsi occurrerant ad producendam disputationem oportuna; dicit ergo urgeri se vehementer a verborum copia, quæ sic intima complet distenduntque præcordia, ut timendum sit, ne si diu continere luctetur illa rumpantur. Id quod duplici similitudine ad rem explicandam apposita illustrat : una est a parturientibus; altera a lagunculis musto oculo pleno petita; ac primum quidem ait se videri similem mulieri, in quam dolores partui proximi incubere, illamque ad enitendum fetum impulere : hæc quippe vim prodit ille dicendi modus : « Coarctat me spiritus (id est vis, vigor, ardor, impetus) uteri mei, » quo loquendi modo, aut Spiritu ait se instinctum esse divino, quod indicat *supr.* vers. 8, qui neom unquam restitit impune; aut abundare verbis et rationibus, quæ cum erumpere gestiant et

prodire foras, illa velle comprimere magni conatus est et doloris ingentis. Spiritus igitur aut verba sunt, quæ ex aere sive spiritu formantur; aut internus impulsus, qui animum quiescere non sinit, donec conceptum sermonem foras effundat. Uterus aut memoria est, quæ rerum species aut verborum continet ac servat; aut animus ipse qui concipit, et concepta parturit. Est autem a parturiente sumpta metaphora, quæ conceptum et iam maturum fetum, ut maxime cupiat renitaturque, fieri tamen non potest quin enilatur, atque in lucem edat : ita Sanctus noster, qui ad fortassis hæc similitudinem duci ab utriusque vel follibus, qui sic vento nonnunquam distenduntur, ut levi interdum motu rumpantur.

Qui autem loquacissimi sunt, et verbis aut rebus abundat, que effluant leviter aut detinent superbe, folles dicuntur vento pleni, quorum ferrariis usus est; quam similitudinem. Septuaginta versus sequenti adijcunt isti de utriusque aut lagunculæ musto plenis, dum sic vertunt, *ὅτι ἡσθη ἡ γαστήρ μου ὄσθητος ἀπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἕωρου ἐδεδράμην, ἡ ὄσθητος ἡσθητος ἡσθητος; venter autem meus sicut uter musto ferrens ligatus, aut veluti follis ararum dirumpit; ubi duas conjungunt similitudines, quarum prima congruit vulgato, secunda enim demum sensum amplificat : follis enim fabri ferrarij nimio vento distensus dum nervose constringitur crepat, non secus ac laguncula vel uter musto plenus, nisi spiraculum aliquod apertum habeat. Utraque aptissima est et proverbialis comparatio, qua explicatur ingenium loquax et impletio silentii : sunt enim nonnulli quos sic discruciant verba compressa et cogitationes vehementer inflatæ, ut dirumpant viscera : sicut mustum tenens expressum a vindemia, nisi apertum sit officium vasculi aut uter, per quod furor ille æstusque depumet et defervescat, doria diffringit. Ex hoc opinor, loco orta sunt aliqua proverbialia in Scriptura sacra, quæ studium vehementis loquendi significat, quod cum parturientis dolore ac nigra comparatur, quale est illud *Eclii. XIX, 11* : « A facie verbi parturit fatuus, tanquam gemitus partus infantis; » et *ibid.* vers. 10 : « Audisti verbum adversum proximum tuum? commoriatur in te, fidens quoniam non te dirumpet. » Neque multum abest ab his verbis Eliu *illud* *ibid.* vers. 12 : « Sagitta infixæ femori canis, sic verbum in corde stulti. » Plura invenies que hæc sumuntur, ut huc alludant : vide que diximus *supr.* cap. IV, 2, ad illa verba : « Conceptum sermonem tenere quis poterit? »*

Tropologie S. Gregorius lib. XIII Moral. cap. X, ex hoc loco inferi non omitendam esse corruptionem, etiam audientes nullam ex ea utilitatem capiant : plerumque enim contingit, ut hi qui e suggestu loquuntur ad populum, et alii quibus proximum corripiendi munus incumbit, non pro libera voce velle insectantur; si vero animadvertant se oratione sua nihil proficere, sibi silen-

Verba homines cum follibus et utriusque comparantur.

Eliu throno agit.

Arrogans non tam habere quam ostendere scientiam nititur.

Vers. 18 et 19.

Eliu loquendi cupidissimus et scientia turgens.

Roma loquax similis est parturienti.

Vers. 14. Eliu arrogantia factus se alios meliora prolaturum.

Vers. 15, 16 et 17.



tium imperent; quos angillat Gregorius, ostendens quantum malum impendat eis, qui cum ratione injuncti sibi muneri teneantur male agentes correptione retundere, verbis parcunt. Hoc autem refert exemplum musti ab Eliu propositum quod e prelo expressum dum decoquitur, dum fervet, si continueat, facile vasa vinaria disrumpit, ita ut vinum diffundatur: non secus, inquit, qui ex officio tenentur crimina objurgare, dum silent, tam sibi quam aliis maximum inferunt nocentium. Confirmat porro idem hisce verbis Jerem. xx, 9: « Et dixi: Non recordabor ejus, neque loquar ultra in nomine illius, » q. d. Cum nihil me proficere viderem sermonibus, decrevi silentium mihi indicare, et ultra non loqui; vestrum quid ex isto silentio passus sit Propheta ostendit dum subdit: « Et factus est in corde meo quasi ignis exstans claususque in ossibus meis, et defeci, ferre non sustinens. » Veluti enim ignis in terra visceribus conclusus terram concutit, et montes everit, donec via vi facta culetur, et ad superna loca emergat: non aliter depravorum morum objurgatio si corde continueat animum lædit, et reipublicæ officit: vide hæc de re fusius S. Gregorium loco *supr.* indicato.

Vers. 20. 20-22. LOQUAR, ET RESPIRABO PAULULUM: APERIAM LABIA MEA, ET RESPONDEBO. NON ACCIPIAM PERSONAM VIRI, ET DEUM HOMINI NON ÆQUABO. NESCIO ENIM QUAM VIRTUS SUBSISTAM, ET SI POST MODICUM TOLLAT ME FACIENDI SUBSISTAM. — Vim verborum quasi pondus aliquod importabile sustinere non poterat Eliu: a quo sic premebatur angustare, ut videretur, si non verba ageret, animam acturus: ait igitur velle se loqui, ut laborantem spiritum aliquantulum laxet, et ab illo difficili atque molesto pondere seipsum exoneret: antequam autem id faciat, suam causam et studium commendat, dum ait in hac disceptatione nihil sibi fore veritate potius, atque ita pro Deo constanter esse certaturum, ut nulla ipsum humana ratio aut personarum acceptio transversum actura sint a recto sinceroque judicio. Non accipiam, inquit, personam viri, quem locum Septuaginta uberiori paraphrasi sic illustant, *ἀδελφὸν μου ὡς πρὸς ἀληθινὰ: ἀλλὰ μὴ ὡς τὸ ἔργον ἐν ἡμῖν: οὐ γὰρ τῆς κτήσεως θεωροῦμαι πρόσωπον, ἡμῖν ἐν ἡμῖν: sed neque erga mortalem confundar: non enim novi admirari facies: loquar, inquit, o Job, et sic loquar, ut veritatem dicam, nulla personarum acceptione interposita, non respiciens ad dignitatem aut ad officium; canos non revebor, dummodo veritatem, quam profiteor, quod est tuear. Accipere enim personam familiarissima phrasim sumitur pro abusu gratiæ hominum, quod vitium admittitur, dum plus personæ quam veritatis meritisque tribuitur. Hoc igitur a se propulsat Eliu, gravi pollicitatione asserens se in nullius gratiam quidpiam a veritate alienum prolaturum.*

Quid DEUM HOMINI NON ÆQUABO. — Quid est Deum homini æquare, nisi Deum homini assimilare, et ita

hominem tractare ac si esset Deus, in quem nulla incidit aut cadere potest iniquitas? unde bene alie translationes habent, non mutato nomine loquar, ita Vatablus; vel hominem non cognominabo, ita Pagninus: quid enim aliud est hominem cognominare, quam tacite suppresso nomine proprio nomen est ut veritatem habeas vel vita ipsa chariorum. Posteriori modo sensus est: Pro tua conscientia peccato liberanda verum dicere ne formides, hoc est, ut conscientiæ tuæ consulas magna cum libertate verum loquere; si tacendo incurras culpam, cave ne taveas: nullus te pudor, nullus timor ad hanc ignavam taciturnitatem cum salutis tua periculo impellat. Et paulo post subdit Ecclesiasticus cap. iv, 27: « Ne reverentis proximum tuum in casu suo, ne retineas verbum in tempore salutis, » hoc est, ne propter intempestivum pudorem aut timorem desinas corrumpere proximum tuum, quem vides in peccato misere corruisse, et speras in priorem statum per tuam correptionem erigendum. Septuaginta interpretes sic reddunt ultimam hemistichium, *εἰ δὲ πᾶσι καὶ ἄνευ φόβου, ἀλλοῦν ἐν ἐμὲ τῆς αἰτίας ἐστιν;*

hominem non cognominabo, q. d. Propriis te nominibus appellabo, non fictitiis; si justus eris, justus; si peccator, peccatorem; et ne expectes a me cognomen aliud, quam proprium tuum erit nomen: non enim te Deum faciam cum sis homo. Sic certe justi in increpationibus ex zelo procedunt justitiæ, ut inflatus ille Eliu ex zelo arrogantiam, dum sic in vita invehat, ut nullam respicientes hominis personam cognomen non impant: non enim adulterum, nec crudelitatem justitiam dicunt, nec tenacitatem prudentiam, nec effusionem libertatem, ut faciunt mali, quorum proprium est nomina virtutum vitiiis imponere, ut S. Chrysostomus lib. iii *Cont. Vitup. vitæ Mennas.* his verbis notat: « Homines perditii et vitia et virtutes contrariis nominibus vocant: quippe circensibus ludis et reliquis spectaculis jugiter interesse urbanitatem et facetias vocant; divitis affluere libertatem; gloriam amare magnanimitatem; arrogantiam, confidentiam; prodigalitem, clementiam; injustitiam, fortitudinem. Virtutes quoque vitiorum nominibus nominant: nam pudicitiam rusticitatem vocant; modestiam formidinem; justitiam imbecillitatem; contemptumque fastus et gloriæ servilis esse animi estimantes; et tandem malorum tolerantiam ignoviam et infirmitatem. » Quod etiam elegantibus verbis prosecutus est S. Basilius hom. 15 ex variis in *Psalm.*: « Multi sunt, inquit, qui pro bonis pravas comprobant actiones, et vitia virtutibus vicis honestare contendunt: nam scurrilia loquentem ut bonum ac lepidum; turpiloquum vero politicum; amarulentum et iracundum neutquam contemnendum prædicant; parcum vero ac minime liberalem ut sobrium dispensatorem commendant; prodigum quoque ut liberalem; libidinosum vero et lascivum et voluptuarium animi solutoris virum: utque semel dicam, vitium omne palliat adumbrata nomenclatura e vicino subjecta virtutis: unde reos æternæ damnationis ab ea que approbant sese constituunt. » Tremenda hæc postrema sancti verba, quorum quid simile hic Eliu se timere significat, si ad aliorum gratiam et non ex veritate loqueretur: « Nescio enim, inquit, quamdiu subsistam, et si post modicum tollat me factor meus, » quasi diceret, interprete Lyrano: Vera loquar, quia alias pro ista taciturnitate condemnabor.

Huc pertinet illa Sapientis admonitio *Ecl. i, 24*: « Pro anima tua ne confundaris dicere verum, » quod Janesnius ibi dupliciter exponit, *pro vita tua corporali, vel pro vita tua spirituali.*

Veritas vita charior caso debet.

Omnis periculis subeunda ut assensientem cor salutar.

Priori modo sensus est: Pro vita tua temporaliter defendenda a dicenda veritate ne desistas, hoc est ne taveas veritatem, ut vitam tuam temporalem tuearis, et tibi unum e duobus periculis subeundum sit, aut amittenda vitæ, aut occultanda veritatis, illud prius subeas non hoc posterius: æquum enim est ut veritatem habeas vel vita ipsa chariorum. Posteriori modo sensus est: Pro tua conscientia peccato liberanda verum dicere ne formides, hoc est, ut conscientiæ tuæ consulas magna cum libertate verum loquere; si tacendo incurras culpam, cave ne taveas: nullus te pudor, nullus timor ad hanc ignavam taciturnitatem cum salutis tua periculo impellat. Et paulo post subdit Ecclesiasticus cap. iv, 27: « Ne reverentis proximum tuum in casu suo, ne retineas verbum in tempore salutis, » hoc est, ne propter intempestivum pudorem aut timorem desinas corrumpere proximum tuum, quem vides in peccato misere corruisse, et speras in priorem statum per tuam correptionem erigendum. Septuaginta interpretes sic reddunt ultimam hemistichium, *εἰ δὲ πᾶσι καὶ ἄνευ φόβου, ἀλλοῦν ἐν ἐμὲ τῆς αἰτίας ἐστιν;*

CAPUT TRIGESIMUM TERTIUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Eliu convertit suam orationem ad Jobum, redditque benevolam et attentam ex sui animi sinceritate, qua illius temeritatem coarguit, quod de suis erumnis exposulare cum Deo ausus fuerit; et de ipso conque-ratur, quod sæpe interrogatus, nunquam tamen ad interrogata responderit: interim docet non inquirendam curiosius ab homine divinorum operum rationem, sed res nostras illius arbitrari permitteudas; qui solet nihilominus multis modis quid velit aut quid futurum sit non obscure significare; unde Jobum hortatur ad vitæ emendationem et sanctorum invocationem, ut sibi Deum hoc modo reddat propitium.

1. Audi igitur Job eloquia mea, et omnes sermones meos ausculta.
2. Ecce aperti os meum, loquatur lingua mea in faucibus meis.
3. Simpliciter corde meo sermones mei, et sententiam puram labia mea loquentur.
4. Spiritus Dei fecit me, et spiraculum Omnipotentis vivificavit me.
5. Si potes, responde mihi, et adversus faciem meam consiste.
6. Ecce, et me sicut et te fecit Deus, et de eodem luto ego quoque formatus sum.
7. Verumtamen miraculum meum non te terreat, et eloquentia mea non sit tibi gravis.
8. Dixisti ergo in auribus meis, et vocem verborum tuorum audivi: 9. Mundus sum ego, et absque delicto: immaculatus, et non est iniquitas in me.
10. Quia querelas in me reperit, ideo arbitratus est me inimicum sibi.
11. Posuit in nervo pedes meos, custodivit omnes semitas meas.
12. Hoc est ergo, in quo non es justificatus: respondebo tibi, quia major sit Deus homine.
13. Adversus eum contendis, quod non ad omnia verba responderit tibi? 14. Semel loquitur Deus, et secundo id ipsum non repetit.
15. Per somnium in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, et dormiunt in lectulo: 16. Tunc aperit aures virorum, et erudiens eos instruit disciplina.
17. Ut avertat hominem ab his quæ facit, et liberet eum de superbia: 18. Errens animam ejus a corruptione: et vitam illius, ut non transeat in gladium.
19. Increpat quoque per dolorem in lectulo, et omnia ossa ejus non marcescere facit.
20. Abominabilis ei fit in vita sua panis, et anima illius cibus ante desiderabilis.
21. Te-

Mortis et iudicii timor continet homines a peccando.